



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

LII. Karoli Imp. apud Carisiacum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

## TITVLVS LIII.

Karoli Imperatoris apud Carisiacum.

*HÆC CAPITVLA CONSTITVTÀ SVNT  
à Domno Karolo glorioſo Imperatore cum conſenſu fidelium ſuorum apud Ca-  
riſiacum anno incarnationis dominice DCCCCLXXVII. regni verò ipſius  
XXXVII. imperij autem ſecundo, XVIII. Kalendas Iulias, Indiſtione deci-  
ma. De quibus quadam ipſe definiuit, & de quibusdam à ſuis fidelibus reſpon-  
deri juſſit.*

## CAP. I.

**D**E honore & cultu Dei arque ſan-  
ctorum Eccleſiarum quæ auṭore  
Deo ſub diſtione & tuitione regiminiſ  
noſtri conſiſtunt, Domino mediante, decer-  
niſimus ut ſicut tempore beatæ recordati-  
onis Domni & genitoris noſtri exulta &  
honorata arque rebus ampliata fuerunt,  
& quæ à noſtra liberalitate honorata at-  
que diſtata ſunt, de cetero ſub integratate  
fui ſerventur, & facerdotes ac ſervi Dei  
vigorem ecclieſtaſticum & debita privile-  
gia juxta reverendam auṭoritatem obti-  
neant; & eisdem principalis potefas &  
inluftrium virorum strenuita ſeu reipubli-  
cae admiſtratores, ut ſuum miſterium  
competenter exequi valeant, in omnibus  
rationabiliter & juſte concurrant. & filius  
noſter hæc ſuprascripta ſimiſter Deo ju-  
vante conſerver.

RP. Primum capitulo, ſicut Deo inſpirante decreviſtiſ, omnes conlaudamus  
& conſervare volumus.

## I I.

Vt monaſtefium à nobis Compendio in  
honore ſanctæ Dei genitricis Mariae con-  
ſtructum, à filio noſtro & fidelibus noſtriſ  
eo tenore quo cœpiimus honoretur, & pri-  
vilegium à Domno Papa & ab omnibus  
Epifcopis conſirmatum, imperiale etiam  
decretuſ, ab omnibus fidelibus pro Dei  
& noſtro amore benigniſſime atque invio-  
labiliter conſervetur, & à filio noſtro fir-  
metur.

RP. De ſecundo ſimiſter reſpondemus.

## I II.

Vt tales à vobis eligantur, exceptis illis  
quibus commendatum habemus, quorum  
ſpeciali conſilio & adjutorio in preſenti  
itinere utamur.

RP. De tertio vos, ſicut meliūs Deo  
inſpirante vidifiſis, regni veftri deſenſio-  
nem atque tuitionem & filij veftri cuſto-  
diām per fideles veftrōs, tam per Epifco-  
pos, quam Abbates & Comites, diſpoſi-  
tum habetis, & neceſſarium eſſe cognof-  
cimmoſ. Ipmam diſpoſitionem nos diſordi-  
na non poſſimus nec debemus, & qualiter  
illam meliūs diſponere poſſimus, non  
ſapimus.

## I V.

Quomodo ſecuri eſſe poſſimus quo-  
que Deo donante huic revertamur, à nullo  
regnū noſtrū inquietari poſſe, quantum  
Deus vos adjuvare voluerit, & veſtrū  
poſſe extiterit, & quomodo nos de  
filio noſtro & de vobis ſecuri eſſe poſſimus,  
& vos de filio noſtro ſecuri eſſe poſſitis, &  
ipſe de vobis, & ut vos ad invicem crede-  
re poſſitis.

RP. De quarto, in quo ſcriptum eſt  
quomodo vos de filio veftro ſecuri eſſe  
poſſitis, reſpondemus quia, Deo gratias,  
vos cundem filium veftrum & generalis &  
nutritiſis, & ſub nutrimento veftrō Deus  
ad hanc ætatem illum perduxiſ, & nemo  
noſtrū illum amplius ſalvare poſteſt vel  
debet aut ſapit quam vos, & in veftro con-  
ſilio & auxilio ac diſpoſitione illius ſalvatio  
& honor poſt Deum & ſanctos ejus con-  
ſiſtit. & qualiter ad Dei voluntatem &  
ſanctæ Eccleſia & regni veftri utilitatem  
ſecuri de illo eſſe poſſitis, in veftra diſpoſi-  
tionē manet. Et de hoc quod ibi ſcriptum  
eſt, quomodo de nobis ſecuri eſſe poſſitis,  
qualiter uſquedum Deo donante huic re-  
vertamini, ut à nullo regnum veftrum in-  
quietari poſſit, quantum Deus nos juvare  
voluerit, & noſtrū poſſe extiterit, reſpon-  
demus quia ſunt ſacra menta quæ vobis

fecimus, & est professio quam vobis & Clerici & laici in Carisiaco fecimus & subscripsimus, & est perdonatio quam dominatio veltra nobis fidelibus vestris & perdonavit & subscriptis, & est professio & sacramentum quae in Gundulfi villa pro novis causis emergentibus ex morte Hlotharij & missatico Domni Apostolici Hadriani & missatico Hludouicis nepotis vestri vobis fecimus. Est etiam professio quam Remis & de vestra fidelitate & de vestri regni dispositione ac defensione & de uxore vestra & de filio vestro quem habetis, & si Deus adhuc etiam alterum dederit, professi sumus. Quæ omnia haedenus conservavimus & conservamus, & adjuvante Deo usque ad finem vite nostræ conservare volumus, unde pro certo nos veraciter credere potes. Si autem aliquis à prefatis sacramentis vel professionibus deviavit, hoc secundum rationem & auctoritatem atque consuetudinem emendet & de cetero conseruet. Si autem talis est de vestris fidelibus qui has professions non fecit, si necesse fuerit faciat, & de cetero conservet. Fideles etiam vestri post mortem fratris vestri ad vos venerunt. Quale sacramentum vobis fecerunt, vos scitis. Qui autem de illis illud sacramentum haedenuis conservavit, de cetero conservet. Et si aliquis ab illo sacramento deviavit, secundum rationem & auctoritatem atque consuetudinem hoc emendet, & deinceps conservet. De hoc quod ibidem scriptum est, qualiter nos securi de filio vestro esse possumus, respondemus quia de filio vestro, quem per Dei gratiam & vestram dispositionem futurum seniorem post vos habere volumus, nullam firmatatem aliam querimus nisi hoc quod vos in Capitulari vestro statuistis & decreveritis, nobis unicuique in suo ordine & persona conservet. De hoc quod ibidem scriptum est, qualiter ipse de nobis securi esse possit, respondemus quod & Remis respondimus, quia si Deus & vos illum in regni regime sublimaveritis, & in parte denominata illum designaveritis, sic ei fideles esse cupimus sicut per rectum esse seniori debemus. De hoc quod ibi scriptum est, & nobis verbis dixistis, ut ad invicem nos credere possumus, verbis fideliter nos confirmavimus ut ad Dei voluntatem & vestram fidelitatem & honorem & sanctæ Ecclesiæ ac regni vestri utilitatem ac fidelium vestrum salvamentum Deo mediante adunatus, quantum unusquisque nostrum in

Tom. II.

suo ordine & persona per Dei gratiam sci-  
re & posse habuerit, ut ad invicem nos  
credamus, & mutuò adjuvemus.

V.

Vt ea quæ per largitatis nostra præcep-  
ta dilecta conjugi nostra in proprium ha-  
bere concessimus, filius noster ante nos  
confirmet; & ex omnibus quæ illi jure be-  
neficario concessimus sive concesserimus,  
si obitus noster evenerit, & illa nos super-  
vixerit, quomodo securi sumus quatinus  
illam & sua omnia filius noster & fideles  
nostris condigno honore studeant conser-  
vare.

R.P. De quinto capitulo, in quo scrip-  
tum est de dilecta conjugis vestra Domina  
nra nostra honore & salvamento, & de  
conservatione earum rerum quas illi dedi-  
ctis vel dederis, & de confirmatione à  
filio vestro exinde facienda, & filius vester  
ad hoc paratus est, sicut jubetis; & nos,  
quantum scierimus & potuerimus, ad hoc  
parati erimus.

V I.

De filiabus nostris, cum quo honore  
secundum Dei voluntatem, & quali sal-  
vamento aut adjutorio consistere debeant.  
Quod etiam parvulae nostræ filiae datum  
habemus, aut deinceps dederimus, cum  
quali securitate tenere possit. Et si Deus  
eam ad perfectam ætatem venire donave-  
rit, in matris sua sit potestate, & à nullo  
contra ipsius voluntatem vel marito tri-  
buatur, vel sacrum ei velamen imponatur.

R.P. Similiter & de filiabus vestris, &  
etiam de parvula filia vestra, sicut in capi-  
tulo vestro continetur, & filius vester pa-  
ratus est conservare, & ad hoc conservan-  
dum, quantum scierimus & potuerimus,  
adjutorium præstabimus.

V II.

De ordinandis scaris, &c, si nepotes no-  
stri, sui patris imitantes vestigia, contra  
nos aut in itinere, aut postquam ad dispo-  
situm locum Deo duce venerimus, aliquid  
nobis mali aut regno nostro machinari vo-  
luerint, quomodo illis, Deo juvante, ple-  
nissime resistatur.

R.P. De scaris ordinandis, & de adju-  
torio, si aliquis de nepotibus vestris aut  
inter vias aut in Italia vobis aliquod im-  
pedimentum facere voluerit, in vestra dis-  
positione erit qui in isto regno remaneant,  
vel qui post vos in vestrum adjutorium  
pergant.

V III.

Si antequam redeamus, aliqui honores

R. ij

interim aperti fuerint, considerandum quid exinde agatur.

R.P. Si antequam juvante Domino revertantur, aliquis Archiepiscopus defunctus fuerit, vicinus Episcopus ipsius dioecesis cum Comite ipsam fedem prævideat usque dum obitus ipsius Archiepiscopi ad vestram notitiam perveniat. Si aliquis Episcopus interim obierit, Archiepiscopus ipsi sedi visitatorem secundum facros canones deputer, qui una cum Comite ipsam Ecclesiam, ne prædetur, custodiat usque dum ipsius Episcopi obitus ad vestram notitiam perveniat. Si Abbas vel Abbatissa obierit, Episcopus in cuius parochia monasterium illud est, una cum Comite illud monasterium custodiat usque dum vestra iusso inde fiat.

## IX.

Si Comes obierit, cuius filius nobiscum sit, filius noster cum ceteris fidelibus nostris ordinet de his qui illi plus familiares & propinquiores fuerint, qui cum ministerialibus ipsius comitatus & Episcopo ipsum comitatum prævideat usque dum nobis renuntietur. Si autem filium parvulum habuerit, isdem cum ministerialibus ipsius comitatus & Episcopo in cuius parochia consistit eundem comitatum prævideat donec ad nostram notitiam perveniat. Si vero filium non habuerit, filius noster cum ceteris fidelibus nostris ordinet qui cum ministerialibus ipsius comitatus & Episcopo ipsum comitatum prævideat donec iusso nostra inde fiat. Et pro hoc nullus irascatur, si eundem comitatum alteri cui nobis placuerit dederimus quam illi qui cum haec tenus prævidit. Similiter & de vassallis nostris faciendum est. Et volumus atque expressè jubemus ut tam Episcopi quam Abbates, & Comites, seu etiam ceteri fideles nostri, hominibus suis similiter conservare studeant; & tam de episcopatibus quam & de abbatis viciniis Episcopis & Comes prævideant ne aliquis res ecclesiasticas vel facultates diripiatur, & nullus ad eorum eleemosynam faciendam impediatur. Quod si presumperit, & secundum leges humanas hoc componat, & secundum leges ecclesiasticas inde Ecclesia quam laetit satisfaciat, & nostram harmisicaram secundum modum culpæ & ut nobis placuerit sustineat.

R.P. Cetera capitula responsione non egent, quoniam à vestra sapientia sunt disposita & diffinita.

X.  
Si aliquis ex fidelibus nostris post obitum nostrum, Dei & nostro amore compunctus, seculo renuntiare voluerit, & filium vel talem propinquum habuerit qui reipublicæ prodeste valeat, suos honores, prout melius voluerit, ei valeat placitare. Et si in alio de suo quiete vivere voluerit, nullus ei aliquod impedimentum facere præsumat, neque aliud aliquid ab eo requiratur, nisi sollemmodo ut ad patriæ defensionem perga.

## XI.

Si aliqua occasione filio nostro aut fidelibus nostris de nostro obitu nuntiatum fuerit, non facile credatur: sed convenienter simul fideles nostri, & rationabiliter secundum Dei voluntatem omnia à nobis ordinata disponant.

## XII.

Si nos in Dei sanctorumque ipsius servitio mors præoccupaverit, eleemosynarij nostri, secundum quod illis commendatum habemus, de eleemosyna nostra decenter, & libri nostri, qui in thesauro nostro sunt, ab illis, sicut dispositum habemus, inter sanctum Dionyrium & sanctam Mariam in Compendio & filium nostrum diptertiantur. Id est, Hincmarus venerabilis Archiepiscopus, Franco Episcopus, Odo Episcopus, Gauzinus Abba, Arnulfus Comes, Bernardus Comes, Chuonradus Comes, Adalelmus Comes. Similiter de his quae ad eleemosynam conjugis nostræ pertinent, si ipsa obierit, faciant. Quæ vero superuerint, ab ipsis salvantur usque ad nostram, Deo dante, interrogationem.

## XIII.

Inveniendum qualem partem imperij, si obitus noster evenerit, sibi decernendam sperare filius noster debeat; & si Deus alterum filium nobis interim donare voluerit, quam ipse habeat. Et si aliquis ex nebotibus nostris ad hoc se dignum exhibuerit, vel si non fecerit, secundum quod nobis tunc, & cui placuerit, censeatur.

## XIV.

Vt filius noster talen se & taliter præparet quatenus cùm, Deo juvante, reversi fuerimus, Romani ire valeat, & ibi Dei & sanctorum Apostolorum, quandiu necesse fuerit, servitium agere & ibi Deo adminiculante in Regem possit coronari.

## XV.

Qualiter & quo ordine filius noster in hoc regno remaneat, & qui debeant esse

quorum auxilio utatur, & vicissitudine cum eo sint. Videlicet ex Episcopis assidue sint cum illo aut Ingilvinus, aut Reinemus, sive Odo, seu Hildeboldus. Ex Abbatibus, si alia necessitas non evenerit, assidue sint cum eo Welpho, Gauzlinus, & Folco. Ex Comitibus vero, aut Teudericus, aut Balduinus, sive Chuonradus, seu Adalelmus, alternatim cum illo confident, &, quanto scipiis pro nostra utilitate potuerint, Bofo & Bernardus. Si versus Mosam perrexerit, sine cum eo Franco Episcopus, Iohannes Episcopus, Arnulfus Comes, Gislebertus, Letardus, Matfridus, Widricus, Gotbertus, Adalbertus, Ingelgerus, Rainerus, una cum prædictis. Si ultra Sequanam perrexerit, Hugo Abba, Waltherus Episcopus, Wala Episcopus, Gislebertus Episcopus, & ceteri nostri fideles illius partis, una cum prædictis. Sed & de aliis fidelibus nostris, secundum quod in unaquaque parte regni necesse fuerit.

XVI.

Si subito evenerit in aliqua parte regni necessitas, videtur nobis ut quia Deo gratias filius noster juvenis est, non omnes fideles nostros æqualiter faciat laborare, sed sicut nos jam, Deo juvante, særissime fecimus, acceperis secum strenuis viris ex fidelibus nostris, inimicis nostris insperatè superveniat, & eos viriliter perterreat; & qui cum eo ire non potuerint, mittant cum eo electos viros, prout necessitas fuerit.

XVII.

Adalardus Comes palatij remaneat cum eo cum sigillo. Et si ipse pro aliqua necessitate defuerit, Gerardus, sive Fredericus, vel unus eorum qui cum eo scariti sunt, causas teneat; & vel una die in septimana ipse causas teneat, & ubiquecunque fuerint, de pace prævideant.

XVIII.

Comites quoque per suos comitatus de raptoribus & malis hominibus prævideant qualiter pax fiat, & malla teneant, & omnibus qui hostem debent denuntient ut parati sint quatinus, si necessitas fuerit, in Dei & nostrum servitium pergere valent. Et Missi nostri, qui per omne regnum nostrum constituti sunt, missaticum nostrum, prout eis opportunum fuerit, agere non negligant.

XIX.

Si vverra in regno surrexerit, quam Comes per se comprimere non possit, filius

noster cum fidelibus nostris eam quanto-  
cius comprimere studeat, antequam ma-  
lum in regno nostro accrescere possit.

XX.

Vt filius noster cum fidelibus nostris in illa parte regni moretur ubi major necessi-  
tas fuerit, & nemo in villis nostris vel in  
villis uxoris nostræ mansiomaticum acci-  
piat, & nullus homines nostros sive alios  
deprædari audeat, & eorum qui nobiscum  
vadum beneficia & villa sub immunitate  
maneant. Quod si aliquis præsumperit,  
in triplo componat sicut ille qui in truffe  
dominico committit. Et qui in villas Epis-  
coporum, Abbatum, vel aliorum fide-  
lium nostrorum deprædationes fecerint,  
sicut in capitularibus antecefforum nostro-  
rum & in nostro continetur emendent.

XXI.

Vt nemo despiciat literas nostra aucto-  
ritate aut filij nostri nomine signatas, vel  
eorum quos in hoc regno cum illo dimitti-  
mus, neque inobediens sit que sibi man-  
data fuerint. Quod si præsumperit, ita  
multetur sicut in Capitulari avi & Domini  
ac genitoris nostri continetur.

XXII.

Monendum quoque & hortandum ut  
fidelium nostrorum, qui cum filio nostro  
remanerint, nullus in consilio tardus ap-  
pareat, sed umusquisque ut sibi melius vi-  
sum fuerit loquatur, & post omnium lo-  
cutiones, quod melius viatum fuerit eli-  
gant.

XXIII.

Qualiter regnum quod necessitate Brito-  
nibus quondam juramento confirmatum  
fuerat, qui de illis quibus firmatum  
est nullus superstes est, à fidelibus nostris  
recipiantur.

XXIV.

De regno Aquitanico.

XXV.

Vt post nos, cum his quæ nobis ferenda  
sunt perget, primum Vvillebertus Episco-  
pus, deinde Arnoldus Episcopus, & dein-  
de Vvala Episcopus. Et ut filius noster &  
alii nostri fideles ad hoc studeant ut nihil  
novi aut mali in hoc regno surgat quod  
aut per equites aut per curiores pedites  
non sciamus; quia de vestra prosperitate  
sicut de nostra semper solliciti erimus. Et  
si nepotes nostri, filii fratris nostri, sui  
patrii imitantes exempla, post nos perge-  
re & contra nos insurgere voluerint, non  
expectetur ut commendemus fidelibus no-  
stris ut nobis occurrant, sed prout pleniū  
R. iij

267 ANNO CHRISTI **Capitularia** KAROLI CALVI 268  
877.

potuerint, statim ut hoc cognoscere potuerint, nobis in adjutorium, prout ciuitas potuerint, veniant, & ad hoc omnes semper vvarunt sint.

**X X V I.**

Vt castellum de Compendio, à nobisceptum, pro nostro amore & vefro honore perficiatur in testimonium dilectionis veltræ erga nostram benignitatem.

**X X V I I.**

De civitate Parisii, & de castellis super Seananam & super Ligerim ex ultra parte, qualiter & à quibus instaurantur, specialiter etiam de castello sancti Dionysij.

**X X V I I I.**

De Vulframno & Gauzimaro & Haderberto aurifice, sicuti statuimus, ita permaneant.

**X X I X.**

De monetis.

**X X X.**

Qualiter hoc perficiatur & ad effectum perveniat quod Nortmannis dari debet de coniecto.

**X X X I.**

De honoribus Bofonis, Bernardi, & Vvidonis, & aliorum illarum partium. &

de cappis & aliis negotiatoribus, videlicet ut Iudei dent decimam, & negotiatores Christiani undecimam.

**X X X I I.**

In quibus ex nostris palatiis filius noster, si necesse non fuerit, morari vel in quibus forestibus venationem exercere non debeat. Carisiacus penitus cum forestibus excipitur. Silvacus cum roto Laudunensi similiter. Compendium cum Causia similiter. Salmoniacus similiter. In Odreia villa porcos non accipiat; & non ibi caciet nisi in transundo. In Attinaco parum cacier. In Verno porcos accipiat tantum. Arduenna penitus excipitur, nisi in transundo, & villa ad servitium nostrum similiter. In Ligurio porcos & feramina accipiat. Aristallum cum foreste penitus excipitur. In Lens & Vvara & Aftenido & feramina & porcos capere potest. In Rugitusif, in Scadebolt, in Launif, tantummodo in transitu, & sicut minus potest. In Crisiaco similiter. In Lisga porcos tantum accipiat.

**X X X I I.**

Vt Adelelmus de forestibus diligenter sciat quot porci & feramina in unaquaque à filio nostro caciata fuerint.

**X V I.** Kalend. prædicti mensis, postquam Dominus Imperator Karolus adnuntiavit generaliter in populum de suo itinere Romam, & quia ordinatum habebat qualiter filius suus in regno isto consistat, & quorum in specialibus & generalibus causis utatur consilio & adjuvet auxilio, & quia ordinatum habebat quomodo Nortmanni de isto regno expellantr, & postea defendantur, & si verrá de quacunque parte in isto regno surrexerit, comprimatur, & vel defendantur, & quia de generalibus & specialibus causis generalia & specialia capitula habebat disposita, que filio suo & fidelibus suis, qui in isto regno remanebant, data habebat, & secum portabat, dixit quia de ipsis capitulis quedam capitula excerpta habebat, que in illorum omnium notitiam recitari volebat. Et tunc iussit Gauzenum Cancellarium ut hæc sequentia capitula in populum recitaret.

HÆC CAPITVLA FECIT DOMVS KAROLVS IMPERATOR

ET AD NVNTIARI IVSSIT NOVISSIME APVD CARISIACVM.

**CAP. I.**

**D**E honore & cultu Dei atque sanctorum Ecclesiarum quæ auctore Deo sub ditione & tutione regiminis nostri consistunt, Domino mediante, discernimus ut sicut tempore beatæ recordationis Domini & genitoris nostri exculta & honorata atque rebus ampliata fue-

runt, & que à nostra liberalitate honorata atque ditata sunt, de cetero sub integritate sui serventur, & sacerdotes atque servi Dei vigorem ecclesiasticum & debita privilegia juxta reverendam auctoritatem obtineant, & eisdem principialis potestas & illustrium virorum strenuitas seu reipublicæ administratores, ut suum ministrum competenter exsequi valeant, in om-

nibus rationabiliter & iustè concurrant,  
Et filius noster hæc supradicta similiter,  
Deo juvante , conservet.

I I.

Vt omnes nostri fideles veraciter sint de nobis securi quia quantum potuerimus , & iustè & rationabiliter scierimus , unumquemque secundūm sui ordinis dignitatem & personam honorare & salvare & honoratum ac salvatum conservare volumus . Et unicuique eorum in suo ordine secundūm sibi competentes leges tam ecclesiasticas quam mundanas rectam rationem & justitiam conservabimus ; & nullum fidelium nostrorum contra legem vel iustitiam aut auctoritatem & justam rationem aut dannabimus aut dehonorablem , aut opprimemus , vel indebitis machinationibus affligemus ; & legem , ut prædictimus , unicuique competentem , sicut antecessores sui tempore antecessorum nostrorum habuerunt , in omni dignitate & ordine nos adjuvante Domino servaturos perdonamus , illis videlicet qui nobis fidelis & obedientes atque adjutores & cooperatores juxta suum ministerium & personam consilio & auxilio secundūm suum scire & posse & secundūm Deum ac secundūm seculum fuerint , sicut per rectūm unusquisque in suo ordine & statu Imperatori suo & suo seniori esse deberet . Et Capitula quæ avus & pater noster pro statu & munimine sanctæ Dei Ecclesiæ & ministrorum ejus & pro pace ac iustitia populi ac quiete regni constituerunt , & qua nos cum fratribus nostris Regibus & nostris & eorum fidelibus communiter constituimus , sed & qua nos consilio & consensu Episcoporum ac ceterorum Dei & nostrorum fidelium pro supra scriptis causis in diversis placitis nostris conservanda statuimus , & manere inconvulsa decernimus , similiter & à filio nostro inconvulsa conservari volumus & mandamus .

I I I.

Si Comes de isto regno obierit , cuius filius nobiscum sit , filius noster cum ceteris fidelibus nostris ordinet de his qui cedem Comiti plus familiares propinquiores fuerunt , qui cum ministerialibus ipsius co-

mitatus , & cum Episcopo in cuius parochia fuerit ipse comitatus , ipsum comitatum prævideant usque dum nobis renuntietur , ut filium illius qui nobiscum erit , de honoribus illius honoremus . Si autem filium parvulum habuerit , idem filius ejus cum ministerialibus ipsius comitatus , & cum Episcopo in cuius parrochia consistit , eundem comitatum prævideant , donec obitus prefati Comitis ad notitiam nostram perveniat , & ipse filius ejus per nostram concessionem de illius honoribus honoretur . Si vero filium non habuerit , filius noster cum ceteris fidelibus nostris ordinet qui cum ministerialibus ipsius comitatus & cum Episcopo proprio ipsum comitatum prævideat , donec iussio nostra inde fiat . Et pro hoc ille non irascatur qui illum comitatum præviderit , si eundem comitatum alteri cui nobis placuerit dedederimus quam illi qui eum etenim prævidit . Similiter & de vassallis nostris faciendum est . Et volumus atque præcipimus ut tam Episcopi quam Abbates & Comites seu etiam ceteri fideles nostri hoc erga homines suos studeant conservare .

I V.

Volumus etiam & expressè præcipimus quod si aliquis Episcopus , vel Abbas , aut Abbatissa , vel Comes , aut vassallus noster obierit , nullus res ecclesiasticas aut facultates diripiat , vel Comitis aut vassalli nostri aut alicujus defuncti res aut facultates invadere vel usurpare præsumat , vel uxoribus defunctorum laicorum ac filiis quaecunque violentiam inferat , & nullus ad illorum eleemosynam faciendam eleemosynarios eorum impeditat . Quod si aliquis præsumperit , & secundūm leges mundanas hoc cum banno nostro componat , & secundūm leges ecclesiasticas inde Ecclesia , quam læsit , satisfaciat . Insuper nostram harmisearam , secundūm modum culpe , & ut nobis placuerit , sustineat .

*Post hæc letæ capitula , dedit omnibus licentiam cum Dei gratia & sua redeundi ad propria , exceptis his quos specialiter pro specialibus causis considerandis vel pro dona liberanda secum aliquantii diebus manere precepit .*

FINIS CAPITVLO RVM

KAROLI CALVI